Fid. tuam Civitati illi loco du(cis) p(rae)fuisse, vt Fid. tua non mi:
norem curam civitatis eiusq(ue) securitatis habeat, quam aliarum re:
rum sibi commissarum. Cum autem sciamus civitatem illam saepius ab
interna et domestica insolentia, quam ab hoste externo vexari,
ideo Fid. tuae serio mandamus, vt securitatem civitatis illius
eiusq(ue) civium quam diligentissime curet, pericula omnia submoveat
et depraedationes atq(ue) direptiones quasvis coerceat. Quod si quid
vltra vires fidelis tuae acciderit, volumus vt Fid. tua simul cum
Magistratu Civili ad auxilia Magci Stanislai Zolkiewskij Cas-
tellani Leopolien. Campestris militis praefecti confugiat, ad quem
etiam seorsum literas dedimus, vt in ea re tam Fidi tuae quam
Civitati illi armatus succurrat. Pro gra(tia) nostra officijq(ue) sui debito

Privilegium Fraternitatis Misericordiae

Sigismundus 3i Scamus 3i

Eam nobis mentem semper fuisse vt omnia quaecunq(ue) ad laudem et honorem omnipotentis Dei, ad Charitatis christianae incrementum, ad vitiorum extirpationem pertinere videntur, libentissime amplectamur animo et quantum in nobis est, alacri promoveamus. Hinc est, vt Fraternitas misericordiae in Ecclesia Sanctae Barbarae Cracoviae existens (quam etiam ipsi ab annis non paucis seneamus) chara nobis semper fuerit, vt pote quae ab annis plus viginti Cracoviae fundata constantissime hactenus ab hominibus pijs cum insigni animarum lucro atq(ue) aedificatione frequentata, visitandis atq(ue) sustentandis egenis, alijsq(ue) christianis exercitijs principem sibi inter alias fraternitates locum facile vendicat. Volentes itaq(ue) eam ipsam fraternitatem Misericordiae ad S. Barbaram Crac. existentem pro nostra in eam propensione, favore nostro Regio prosequi, nostriq(ue) studij perpetuum ei relinquere monumentum, hoc nostro diplomate eam omniaq(ue) eius scita legesq(ue) in omnibus eius punctis clausulis et articulis laudatis et in posterum cum bono salutis humanae laudandis approbamus, confirmamus et ratificamus

volentes et decernentes vt omnia libello eiusdem Fraternitatis expressa et si quae pro temporis qualitate adhuc addere opus fuerit non minorem vim robur et authen habeant quam alia omnia Privilegia per serenissimos Reges ancores nostros et per nosipsos cuicunque personae collegio et statui legitime data habere condue-verunt quoniam autem eadem Fraternitas liberalitate piorum hominum adiuta domum acialem in platea
e regione Scholo Sancte Mariae semper virginis penes domum ad presens Gasparis Bendowsky cirurgi iure hereditario emit, emptam ex fundamento reparauit, ad eamque quae nunc conspicitur formam magnis sumptibus reduxit. Ideo hanc ipsam domum vt pote quae non alio vsui quam congregationi Fraternitatis profatae habitationique Sacerdoti, et ministrorum eius destinata est ab omni iuris ditione seculari eximimus atque Iuri Castren et Civili, eamque libertatibus et immunitatibus Ecclesiasticis per-petuo ascribimus et incorporamus liberantes et absolventes eam perpetuis temporibus ab omnibus oneribus censibus contribu-tionibus publicis et privatis Regalibus et civilibus etiam ab oneribus regni in comitijs laudatis alijsque quibusuis anga-rijs et servitijs ita vt omnino libera solis pijs vsibus in quos destinata est serviat quod ad omnium quorum interest notitiam deducen eisdem sub gravi nostra indignatione Mandamus vt eandem domum in hac a nobis concessa libertate temporibus per-petuis conservent conservarique ab alijs curent. Harum quibus sigillum Regni nostri appensum est manu nostra propria sub-scriptarum testimonio literarum

Aliud Privilegium monti Pietatis

Sigismundus etc Scamus etc

Quod cum Fraternitas Misericordiae ad S. Barbaram hic-conus existens inter alia multa laudabilia quibus excellit opera, Cameram quoque Montis pietatis instituisset in quam collata insigni pecunia, eis qui pecunia super pignera aliqua opus ha-bent, absque vllo interesse tribuerit, vnde fit vt homines et praeso-tim pauperes vsuris non adeo exhauriantur quod quidem insti-tutum sicut semper collaudavimus et favore nostro amplexi sumus ita quoque optamus optimis fundamentis temporibus per-petuis collocari cupimus quoniam autem his corruptis tempo-